1197 infirmante et a canonicis Pragensis ęcclesię, ubi deinde
XL^e P diu demoratus sabbato medianę quadragesime quando ca-
März 22 nitur Sicientes[1] ordines clericorum per manum domni Engel-
m. Rofan? berti Olomucensis episcopi fieri precepit, in quibus ipse car-
ob-exigebatur am Rand nachgetragen, aber bis auf ob votum wieder ausradiert P dinalis a sacerdotibus plebanis ob votum ~~versis in seditio-nem~~ castitatis, quod ab ordinandis exigebatur, versis in se-
ditionem fere fuerat occisus et licet pro huiusmodi ausibus
condigna sint pena coerciti, tamen ex hac occasione ordines
fuerunt impediti. Qui postmodum synodum celebrans ele-
gantissimos nobis edidit sermones et depositis Brevnoense[3]
et Procopense[2] abbatibus consummatisque omnibus, quę
officii sui fuerant, profectus est in Poloniam transactis
in Boemia IIII^o fere septimanis.

Eodem anno memoratus Heinricus dux et episcopus cor-
reptus est languore, quo diu detentus et tandem est
Jun. 15 mortuus scilicet XVII^o kal. Julii nocte sancti Viti, quę tunc
fuit in dominica. Factique sunt omnes dies eius, quibus
Pragensem rexit ecclesiam, sub Friderico duce VII anni, sub
~~suo~~ Cunrado duo anni et semis, sub Watzlao tres soli
( ) menses, sub Premizlao duce annus et dimidius, quo depulso,
sicut dictum est, presumpsit ipse ducatum pariter cum
episcopatu et regnavit in eo usque ad mortem suam feli-
citer per annos fere IIII^or. Summa horum XV anni et duo
menses videlicet ab eo tempore, quo electus est usque ad diem

1) V. oben V.

2) Procop = Sazawa, nach dem Gründer.

3) Braunau (Břevnov) b. Prag